Proprio de la Misa
SAN RAMÓN NONATO
Confesor

31 de Agosto - Fiesta clase 3.ª - Blanco

Salmo 36.30-31,1

INTROITO

OS justi meditabitur sapientiam, et lingua ejus loquetur judicium: lex Dei ejus in corde ipsius. Alleluia. *Ps.* Noli æmulari in malignantibus: neque zelaveris facientes iniquitatem. ℣. Gloria Patri.

La boca del justo derrama sabiduría, y su lengua expresa la justicia; la ley de Dios está en su corazón. Salmo. No te irrites a la vista de los malvados, ni envidies a los que obran la maldad. ℣. Gloria al Padre.

COLECTA

DEUS, qui in liberándis fidélibus tuis ab impiórum captivitáte, beátum Raymúndum Confessórem tuum mirábilem effecísti: ejus nobis intercessióne concéde: ut, a peccatórum vínculis absolúti, quæ tibi sunt plácita, líberis méntibus exsequámur. Per Dominum.

¡Oh Dios!, que has hecho admirable el celo de tu confesor san Ramón en la liberación de los fieles del poder de los paganos; danos, por su intercesión, que, libres de los lazos de los pecados, obremos con libertad de espíritu lo que te es grato. Por nuestro Señor Jesucristo.

Eclesiástico 31.8-11

EPÍSTOLA

BEATUS vir, qui inventus est sine macula: et qui post aurum non abiit, nec speravit in pecunia et thesauris. Quis est hic, et laudabimus eum? fecit enim mirabilia invita sua. Qui probatus est in illo, et perfectus est, erit illi gloria æterna: qui potuit transgredi, et non est transgressus: facere mala, et non fecit: ideo stabilita sunt bona illius in Domino, et eleemosynas illius ennarrabit omnis ecclesia sanctorum.

Dichoso el hombre que es hallado sin tacha, que no ha andado tras el oro, ni ha puesto su esperanza en el dinero yen los tesoros. ¿Quién es éste, para que le felicitemos? Porque ha obrado maravillas en su vida. Ha sido tentado por el oro y ha permanecido integro; ello será su honor eterno ; pudo transgredir la ley y no la transgredió; hacer el mal, y no lo hizo ; por eso sus biens serán asegurados en el Señor, y toda la asamblea de los santos publicará sus limosnas.

Salmo 91.13,14,3

GRADUAL

JUSTUS ut palma florebit: sicut cedrus Libani multiplicabitur in domo Domini. ℣. Ad annuntiandum mane misericordiam tuam, et veritatem tuam per noctem.

El justo crece como la palma; y cual cedro del Libano se eleva en la casa del Señor. ℣. Para anunciar desde la mañana tu misericordia y tu lealtad hasta la noche.

Santiago 1.12

ALELUYA

ALLELUIA, alleluia. ℣. Beatus vir, qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ. Alleluia.

Aleluya, aleluya. ℣. Dichoso el hombre que soporta la prueba, porque una vez probado, recibirá la corona de vida. Aleluya.

Lucas 12.35-40

EVANGELIO

IN illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Sint lumbi vestri præcincti, et lucernæ ardentes in manibus vestris, et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando revertatur a nuptiis: ut, cum venerit, et pulsaverit, confestim aperiant ei. Beati servi illi, quos, cum venerit dominus, invenerit vigilantes: amen dico vobis, quod præcinget se, et faciet illos discumbere, et transiens ministrabit illis. Et si venerit in secunda vigilia, et si in tertia vigilia venerit, et ita invenerit, beati sunt servi illi. Hoc autem scitote, quoniam si sciret paterfamilias, qua hora fur venerit, vigilaret utique et non sineret perfodi domum suam. Et vos estote parati, quia qua hora non putatis, Filius hominis veniet.

En aquel tiempo: Dijo Jesús a sus discipulos: Tened ceñidos vuestros lomos y encendidas vuestras lámparas. Sed como los hombres que aguardan a su amo, a su regreso de las bodas, para abrirle prontamente cuando llegue y llame a la puerta. Dichosos los siervos a quienes el amo, a su llegada, encuentre velando ; en verdad os digo que se ceñirá, y los hará sentar a la mena, y, pasando del uno al otro, les servirá. Que viene en la segunda vigilia, o que viene en la terrera y halla así las cosas, dichosos los siervos aquéllos. Sabed que si el padre de familia hubiera sabido a qué hora iba a venir el ladrón, no hubiera dejado que le socavasen su casa. Así, vosotros estad siempre prevenidos, porque a la hora que no pensáis vendrá el Hijo del hombre.

Salmo 88.25

OFERTORIO

VERITATIS mea, et misericordia mea cum ipso: et in nomine meo exaltabitur cornu ejus.

Mi lealtad y mi gracia son con el justo ; y en mi nombre se hará grande su poderio.

SECRETA

LAUDIS tibi, Domine, hostias immolamus in tuorum commemoratione sanctorum: quibus nos et præsentibus exui malis confidimus, et futuris. Per Dominum.

Te ofrecemos, Señor, este sacrificio de alabanza en memoria de tus santos, por cuya intercesión confiamos vernos libres de los males presentes y futuros. Por nuestro Señor Jesucristo.

PREFÁCIO COMÚN

VERE dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper, et ubique gratias agere: Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus: per Christum Dominum nostrum. Per quem majestatem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Potestates. Cœli, cœlorumque Virtutes ac beata Seraphim socia exultatione concelebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admitti, jubeas, supplici confessione dicentes:

En verdad es digno y justo, equitativo y saludable, que en todo tiempo y lugar, te demos gracias, Señor, santo, Padre, omnipotente y eterno Dios, por Cristo nuestro Senor. Por quien los Ángeles alaban a tu majestad, las Dominaciones la adoran, tiemblan las Potestades, los Cielos y las Virtudes de los cielos, y los bienaventurados serafines la celebran con igual júbilo. Te rogamos que con sus alabanzas recibas también las nuestras cuando te decimos con humilde confesión:

Mateo 24.46-47

COMUNIÓN

BEATUS servus, quem, cum venerit dominus, invenerit vigilantem: amen dico vobis, super omnia bona sua constituet eum.

Dichoso el siervo a quien cuando venga su Señor lo halle velando; en verdad os digo que le encomendará el gobierno de todos sus bienes.

POSCOMUNIÓN

REFECTI cibo potuque cælesti, Deus noster, te supplices exoramus: ut in cujus hæc commemoratione percepimus, ejus muniamur et precibus. Per Dominum.

Alimentados con la corrida y bebida celestiales, te rogamos humildemente, Dios nuestro, que nos fortalezcan los ruegos de aquél en cuya conmemoración los hemos recibido. Por nuestro Señor Jesucristo.